

Doc id.	transcription_20250904_164551
Location	Portugal. Arquivo e Biblioteca Ministério dos Negócios Estrangeiros (Cx. 35, Mç.01, Doc.8)
Revised by	Francisco Peixoto
Note	Artificial intelligence has been used to generate this transcription and summary. It was briefly reviewed by a human professional historian. The goal is to provide extended search capabilities to the BDM database; it is not intended for academic publishing.
Contact	For additional information, please contact us by email to bdm@usj.edu.mo . Don't forget to include the above document ID for easier tracking.

Summary

On November 17, 1884, during the seventh year of Pope Leo XIII's pontificate, Dom Antonio Joaquim de Medeiros, formerly the titular Bishop of Thermopylae, was appointed Bishop of Macau. This appointment was facilitated by King Luís I of Portugal, who presented Medeiros for the position. The Diocese of Macau, under the patronage of the Portuguese king, became vacant upon the transfer of Bishop Emmanuel Bernard de Souza Ennes to the Diocese of Bragança. Financial records from November 14, 1884, detail the expenses related to Medeiros's appointment, totaling 757.57 and 959.53 florins in two separate computations. Papal bulls issued on November 13, 1884, officially document Medeiros's appointment, his absolution from prior vows, and his transfer to Macau. These documents also address the jurisdiction of the Macau Diocese, including territories under Portuguese rule and those overseen by the previous bishop. Further instructions outline Medeiros's responsibilities, including appointing a theologian and penitentiary, overseeing palace repairs, and establishing a mount of piety in Macau. The papal bulls also call upon the Chapter, clergy, people, and vassals of the Macau Diocese to show obedience and reverence to their new bishop.

Transcription

page_0001

1884

Sec. Oriental 38

Dom Antonio Joaquim de
Medeiros, eleito Bispo de
Macau -

page_0002

Computum expensarum factarum in expeditione Episcopalis Ecclesiae Macaonen
taxat ad flor 113 1/3 favores R. P. D. Antonii Joachimi de Medeiros Episcopi titularis
Thermopo
litan ad illam Ecclesiam ad praesentationem Regis Fidelissimi translati, Condonato
medietate
expensarum reducibilium

Decreti Consistoriali in Scrinio p 5.05. Sacro Collegio p 66.82 1/2 --- 71 87
Clericis Camerae p 27.40. Scriptoribus Aplicis p 20.05 --- 47 45
Abbreviatoribus p 17.80. Janniceris p 5.45. Fallotto p - 60 --- 23 85
Commune Annatistarum p 60.77 1/2 minutis servitiis p 1.70 --- 62 47
Prothonotariis Aplicis p 5.45. Custodi Cancellariae p 9.70 --- 15 15
Participantibus in plumbo p 56.75. Notariis camerae p 3.50 --- 60 25
Cedula Consistoriali in Scrinia brevium p 2.05. Propina SSmi p 69.12 1/2 --- 71 17
R. P. D. Auditori SSmi --- 33 05
Spolio processus p 5.25. Membris prop. impres. p 5.25 --- 10 50
Schedula vti Condemis p 4.10 Rescripto reductiones p 8.90 --- 13 00
Decretis in Scrinia Consistoriali --- 56 20
Scriptura bullarum p 15. minutis et majusculis p 5.25 --- 20 25
Judicatura et revisione --- 21 60
Registro bullarum et extraordinariis --- 19 25
Cordulis sericis --- 4
Propina Exemi Regi O'ris --- 87 50
Famulis ejusdem --- 6 15
Camerariis et paraphranariis SSmi --- 3
Strenis in die Consistorii --- 21 35
membris pro facultatibus et brevibus --- 17 50
Datation transumptis --- 21
Cappella Sti Antonii p 14. item pro nova taxa p 10 --- 28
Sollicitatione --- 35

Sunt in totum --- 757 57

Ita est. Vincentius Donati

Exhibitum fuit Duplicatum hujus Computi in
officio meo hac die 14 9bris 1884.

Alex. Pandr. off. Dep.

page_0003

Computum expensarum factarum in expeditione Episcopalis Ecclesiae Macaonen
taxat ad flor 113 1/3 favoren R. P. D. Antonii Joachimi de Medeiros Episcopi titularis
Thermopo

litan ad dictam Ecclesiam ad praesentationem Regis Fidelissimi translata, Condonato
medietate

de expensarum reducibilium

Decreto Consistoriali in Summa p 5.05. Sacro Collegio p 66.82 1/2 ————— 91
83

Clericis Camerae p 27.40. Scriptoribus Aplicis p 20 05 —————
47 45

Abbreviatoribus p 13.80. Jannixenis p 5.45. Pallotto p — 60 ————— 23
85

Commune Annotistarum p 60 33 1/2 Minutis servitiis p 1 30 ————— 62
43

Prothonotariis Aplicis p 5.45. Custodi Cancellariae p 9 30 ————— 15 15

Partecipantibus in plumbo p 56.75. Notariis camerae p 3.50 ————— 60 25

Cedula Consistoriali in Sacra brevium p 2.05. Propina SSmi p 69.12 1/2 ————— 71
17

R. P. D. Auditori SSmi —————
33 05

Spolio processus p 5.25. Membrilibus prop. impres. p 5 25 ————— 10 50

Schedula mei Condms p 4.10 Rescripto reductiones p 8.90 ————— 13
00

Decretis in Sacra Consistoriali —————
56 20

Scriptura bullarum p 15. Minuta et majusculae p 5.25 ————— 20 25

Judicatura et revisione ————— 21
60

Registro bullarum et extraordinariis —————
19 25

Cordulis sericis —————
4

Propina Exemi Regi O'ris —————
— 83 50

Famulis ejusdem —————
— 6 15

Camerariis et banaphrenariis SSmi —————
— 3

Strenis in die Consistorii —————
— 21 35

memblibus pro facultatibus et brevibus —————
17 50

Quatuor transumptis —————
— 21

Cappella Sti Antonii p 14. item pro nova taxa p 10 ————— 28

Sollicitatione —————
— 35

Sunt in totum ————— 959 53

Ita est. Vincentius Donati

Exhibitum fuit Duplicatum hujus Computi in

Officio meo hac die 14. 9bris 1884.

A de Spandis off Dep.

page_0004

... in Christo Nomine Amen ...

Universis ubique pateat quod Anno a Nativitate Domini Nostri
Jesu Christi MDCCCLXXXIV die vero XVII Mensis Novembris Ponti-
ficatus autem SSmi Domini Nostri Leonis Papae Decimi Tertii
Anno Septimo Ego Notarius Apostolicus vidi et legi quasdam
Litteras Apostolicas sub plumbo expeditas tenoris sequentis vi-
delicet = Leo Episcopus Servus Servorum Dei Venerabili Fratri
Antonio Joachimo de Medeiros nuper Episcopo
titulari Thermopylen in Episcopum Macaonen Electo salutem
et apostolicam benedictionem. Romani Pontificis, quem Pastor coelestis
et Episcopus animarum potestatis plenitudinem ei tradens Ecclesiis prae-
posuit universis, sollicitudo requirit, ut circa cujuslibet Ecclesiae sta-
tum sic vigilanter excogitet, sicque prospiciat diligenter, quod per ejus
providentiam circumspectam, interdum per simplicis provisionis offi-
cium, quandoque vero per ministerium translationis accomodae,
prout personarum, locorum et temporum qualitas exigit, et Ecclesia-
rum ipsarum utilitas suadet, Ecclesiis singulis pastor accedat idoneus
et rector providus deputetur, qui populum sibi commissum non solum
salubriter dirigat et informet, Ecclesiamque ipsi commissam non solum
gubernet utiliter, sed etiam multimodis efferat incrementis. Sane-
cum Ecclesia Macaonen, quae de Jurepatronatus Carissimi in
Christo Filii Nostri Ludovici hoc nomine Primi Portugalliae et Al-
garbiorum Regis Fidelissimi ex fundatione vel dotatione seu privilegio
Apostolico cui non est hactenus in aliquo derogatum fore dignoscitur,
et cui Venerabilis Frater Noster Emmanuel Bernardus de Souza Ennes
ultimus illius Episcopus praesidebat, ex eo quod Nos ipsum Emmanue-
lem Bernardum Episcopum a vinculo quo eidem Ecclesiae Macaonen
tenebatur, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium
consilio et Apostolicae potestatis plenitudine absolventes, eum ad Epis-
copalem Ecclesiam Brigantien certo tunc expresso modo vacantem
de simili consilio Apostolica Auctoritate transtulimus, praeficiendo
eum illi in Episcopum et pastorem, per translationem hujusmodi

pastoris solatio sit destituta; Nos ad provisionem ipsius Ecclesiae Macaonen celerem et felicem, ne illa longae vacationis exponatur incommodis, paternis et sollicitis studiis intendentes, post deliberationem quam de praeficiendo eidem Ecclesiae Macaonen personam idoneam atque utilem cum memoratis Fratribus Nostris Cardinalibus habuimus diligentem, demum ad te hactenus Episcopum titularem Thermopylen, consideratis grandium virtutum donis quibus personam tuam illarum largitor Altissimus multipliciter insignivit, et attendentes

page_0005

quod tu, qui consecrationis munere suscepto,
tam, utpote quae inter mere titulares adnu-
merata, audere nequiverit,
tamen qua Joanni Archiepiscopi Auxiliari,
basti, confirmationis sacramentum contulisti, ceteraque pastoralia
munia de praefati Archiepiscopi consensu laudabiliter obivisti,
quique nuper ad infrascriptae translationis effectum fidem catholicam
professionem juxta articulos jampridem a Sede Apostolica propositos
expresse emisisti, et quem laudatus Ludovicus rex Nobis ad hoc per
suas patentes litteras praesentavit, dictam Macaonen. Ecclesiam scis,
voles et poteris, auctore Domino, salubriter regere et feliciter gubernare,
circumspectio tua mentis, Intendentes igitur tam eidem Eccle-
siae Macaonen. quam ejus gregi Dominico salubriter providere, Te, li-
cet absentem, a vinculo quo praedictae Ecclesiae titulari Thermopilen.
teneris, de Fratrum eorundem consilio et Apostolicae potestatis
plenitudine absolventes, Te ad dictam Ecclesiam Macaonen per con-
silio Apostolica Auctoritate transferimus, Teque illi in Episcopum prae-
ficimus et pastorem, curam, regimen et administrationem ipsius
Ecclesiae Macaonen tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie
committendo; liberamque tibi ad eam transeundi licentiam tribuendo,
firma spe fiduciaque conceptis, quod, dextera Domini tibi as-
sistente propitia, praefata Macaonen Ecclesia per tuae circumspec-
tionis industriam et studium fructuosum regetur utiliter et
prospere dirigetur, grataque in eisdem spiritualibus et temporalibus
suscipiet incrementa. Quocirca Fraternitati tuae per Aplica
Scripta mandamus quatenus Tu ad Ecclesiam Macaonen cum gra-
tia Nostrae benedictionis accedens, curam et administrationem praefa-
tae sic exequi studeas, sollicite, fideliter et prudenter, quod exinde
sperati fructus proveniant, ac tuae bonae famae odor ex tuis lau-
dabilibus actibus latius diffundatur, ipsaque Ecclesia Macaonen
gubernatori provido ac fructuoso administratori gaudeat se commis-
sam, tuque praeter aeternae retributionis praemium, Nostram

et dictae Sedis benedictionem et gratiam exinde uberius consequi merearis. Volumus autem quod tu, antequam regimini et administrationi dictae Ecclesiae Macaonen te in aliquo immisceas, in manibus cujuscumque quem malueris catholici Antistitis gratiam et communionem Sedis Aplicae habentis fidelitatis debitae solitum juramentum juxta formam quam sub alia Bulla Nostra mittimus introclusam praestare, et sic a Te praestiti juramenti formam Nobis de verbo ad verbum per tuas patentes litteras tuo sigillo munitas cum tui dictique Antistitis subscriptione per proprium Nuncium quamprimum transmittere omnino tenearis; cui quidem Antistiti per alias Nostras Litteras committimus et mandamus, ut a Te

page_0006

Petro et Romanae Ecclesiae Canonicis sanctionibus hujusmodi juxta eandem formam suscipiat. Volumus et etiam quod Capitulum Ecclesiae Macaonen de Theologo ac Poenitentiario ad praescriptum Sacrosancti Concilii Tridentini provideri, Palatii Episcopalis reparationibus cum lis, montemque pietatis in civitate Macaonen erigi cures, consentientibus tamen super his onerandis. Per praesentes insuper declaramus, quod Macaonensis Dioeceseos ambitus praeter territoria civili dominationi Lusitaniae Regis subjecta, eos ipsos includat seu ea ipsa loca complectitur quibus postremus praerat Antistes. Datum Romae apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicae Millesimo octingentesimo octogesimo quarto Idibus Novembris, Pontificatus Nostri Anno septimo = Loco + fili plumbi = Simili modo = Leo Episcopus Servus Servorum Dei Venerabili Fratri Antonio Joachimo de Medeiros Episcopo titulari Thermopylen salutem et Apostolicam benedictionem. Apostolicae Sedis consueta clementia, ne dispositiones per eam de Cathedralibus Ecclesiis pro tempore factae possint quomolibet impugnari, sed personae ad eas promovendae illis puro corde et sincera conscientia praesidere valeant, remedia, prout convenit, adhibet opportuna. Cum itaque Nos hodie te a vinculo quo Ecclesiae titulari Thermopylen teneris, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio et Apostolicae potestatis plenitudine absolvere, et ad Ecclesiam Macaonen, quae de Jurepatronatus Carissimi in Christo Filii Nostri Ludovici hoc nomine Primi Portugalliae et Algarbiorum Regis Fidelissimi ex fundatione vel dotatione seu privilegio Aplico cui non est hactenus in aliquo derogatum fore dignoscitur, ad praesens nullo modo pastoris solatio destitutam, de simili consilio Apostolica Auctoritate transferre, illique in Episcopum et pastorem praeficere intendamus; Nos si fors aliquibus sententiis, censuris et poenis ecclesiasticis ligatus sis, ne translatio et praefectio hujusmodi valeant propterea quomolibet invalidae reputari providere Volentes, Te a quibusvis suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis

a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad hoc dumtaxat ut translatio et praefectio hujusmodi, ac singulae Litterae Aplicae desuper conficiendae suum sortiantur effectum, Aplica Auctoritate praefata tenore praesentium absolvimus et absolutum fore nunciamus. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, dictaeque Ecclesiae Macaonen etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae absolutionis et nunciationis infringere, vel ei ausu temerario contraire;

page_0007

si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum Ejus se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicae Millesimo octingentesimo octogesimo quarto Idibus Novembris Pontificatus Nostri Anno septimo= Loco sig. plumbei= Simili modo Edo Grino pius Servus Servorum Dei Venerabili Fratri Archiepiscopo Goan salutem et apostolicam benedictionem. Ad cumulum tuae cedit salutis et famae, si personas ecclesiasticas praesertim Pontificali dignitate praeditas, divinae propitiationis intuitu, opportuni praesidii et favoris gratia prosequaris. Hodie siquidem Nos Venerabilem Fratrem Nostrum Antonium Joachimum de Medeiros nuper Episcopum titularem Thermopylen, in Episcopum Macaonen Electum, a vinculo quo Ecclesiae titulari Thermopylen tenebatur, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium consilio et Apostolicae potestatis plenitudine absolventes, illum ad Ecclesiam Macaonen, quae de Jurepatronatus Carissimi in Christo Filii Nostri Ludovici hoc nomine Primi Portugalliae et Algarbiorum Regis Fidelissimi ex fundatione vel dotatione seu privilegio Apostolico cui non est hactenus in aliquo derogatum, fore dignoscitur, certo tunc expresso modo pastoris solatio destitutam, de simili consilio Apostolica Auctoritate transtulimus, ipsumque illi in Episcopum praefecimus et pastorem, curam, regimen et administrationem dictae Macaonen Ecclesiae ei in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo prout in Nostris inde confectis litteris plenius continetur. Cum igitur dicto Antonio Joachimo Antistiti, ut ipse in commissa ei dictae Ecclesiae Macaonen cura facilius proficere valeat, favor tuus fore noscatur plurimum opportunus, Fraternitatem tuam monemus et hortamur attente Tibi per Optica Scripta mandantes, quatenus eundem Antonium Joachimum Antistitem et praefatam Ecclesiam Macaonen suffraganeam tuam habens pro Nostra et Sedis Aplicae reverentia propensius commendatos in conservandis et ampliandis eorum juribus, sic eos tui favoris ope prosequaris, quod ipse Antonius Joachim Antistes per tuae auxilium gratiae se possit in commisso ei Ecclesiae Macaonen

regimine utilius exercere, tuque divinam misericordiam ac Nostram et dictae Sedis benedictionem et gratiam exinde uberius consequi meris. Datum Romae apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicae Millesimo octingentesimo octogesimo quarto Idibus Novembris Pontificatus Nostri Anno septimo= Loco sig. plumbei= Simili modo= Leo Episcopus Servus Servorum Dei Carissimo in Christo Filio Nostro Ludovico hoc nomine Primo Portugalliae et Algarbiorum Regi Fidelissimo salutem et Apostolicam benedictionem. Cum inter praeconium humanae laudis praeconium acquiritur, si per saeculares Principes Ecclesiarum Praelatis praesertim Antisti-

page_0008

de Dignitate praedictis apportune faveris praesidium et honorem debitos impendatur. Hodie siquidem Nos Venerabilem Fratrem Nostrum Antonium Joachimum de Medeiros nuper Episcopum titularem Thermopylen, in Episcopum Macaonen Electum, a vinculo quo Ecclesiae titulari Thermopylen tenebatur, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium consilio et Apostolicae potestatis plenitudine absolvantes, Illum ad Ecclesia Macaonen quae de Jurepatronatus ex fundatione vel dotatione seu privilegio Apostolico cui non est hactenus in aliquo derogatum fore digno scitur, certo tunc expresso modo pastoris solatio destitutam, de simili consilio Apostolica Auctoritate transtulimus, ipsumque illi in Episcopum praefecimus et pastorem, curam, regimen et administrationem dictae Macaonen Ecclesiae ei in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, prout in Nostris inde confectis litteris plenius continetur. Itaque, Fili Carissime, quum sit virtutis opus Dei ministros benigno favore protegi, ac eos verbis et operibus pro Regis aeterni gloria venerari Majestatem Tuam Regiam rogamus et hortamur attente, quatenus dictum Antonium Joachimum Antistitem et Ecclesiam Macaonen ipsius curae commissam habens pro Nostra et Sedis Apostolicae reverentia propensius commendatos in conservandis et ampliandis eorum juribus, sic illos Tui benigni favoris auxilio prosequaris, quod ipse Antonius Joachim Antistes Tuae Celsitudinis fultus praesidio, in commisso ei curae pastoralis officio possit, Deo propitio, prosperari, ac Tibi conde a Domino perennis vitae praemium, et a Nobis condigna proveniat actio gratiarum. Datum Romae apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicae Millesimo octingentesimo sexagesimo quarto Idibus Novembris Pontificatus Nostri anno septimo= Locosigilli plumbi= Simili modo= Leo Episcopus Servus Servorum Dei Dilectis Filiis Capitulo Cathedralis Ecclesiae Macaonen Salutem et apostolicam benedictionem. Hodie Nos Venerabilem Fratrem Nostrum Antonium Joachimum de Medeiros nuper Episcopum titularem Thermopylen, in Episcopum Macaonen Electum, a vinculo quo Ecclesiae titulari Thermopylen tenebatur, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E.

Cardinalium consilio et Apostolicae potestatis plenitudine absolventes, eum ad Ecclesiam Vestram Macaonen quae de Jurepatronatus Carissimi in Christo Filii Nostri Ludovici hoc nomine Primi Portugalliae et Algarbiorum Regis Fidelissimi ex fundatione vel dotatione, seu privilegio Apostolico cui non est hactenus in aliquo derogatum fore dignoscitur, certo tunc expresso modo pastoris solatio destitutam, de simili consilio Apostolica Auctoritate transtulimus, ipsumque illi in Episcopum praefecimus et pastorem, curam, regimen et administrationem dictae Macaonen Ecclesiae ei in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, prout in Nostris inde confectis litteris

page_0009

plenius continetur. Quocirca Discretioni Vestrae per Aplica Scripta mandamus quatenus eidem Antonio Joachimo Antistiti tanquam patri et pastori animarum Vestrarum humiliter intendentes, et exhibentes ei debitam et devotam obedientiam et reverentiam, salubria illius monita et mandata suscipiatis humiliter et efficaciter adimplere curetis, alioquin sententiam quam idem Antonius Joachimus Antistes rite tulerit in rebelles ratam habebimus, et faciemus, auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum Romae apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicae Millesimo octingentesimo octogesimo quarto Idibus Novembris Pontificatus Nostri Anno septimo. Locoq. plumbi. Simili modo Dilectis Filiis sum Dei Dilectis Filiis Clero Civitatis et Dioecesis Macaonen Salutem et apostolicam benedictionem. Hodie Nos Venerabilem Fratrem Nostrum Antonium Joachimum de Medeiros nuper Episcopum titularem Thermopylen, in Episcopum Macaonen Electum, a vinculo quo Ecclesiae titulari Thermopylen tenebatur, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Card. nabium consilio et Aplicae potestatis plenitudine absolventes, illum ad Ecclesiam Macaonen, quae de Jurepatronatus Caussimi in Christo Filii Nostri Ludovici hoc nomine Primi Portugalliae et Algarbiorum Regis Fidelissimi ex fundatione vel dotatione, seu privilegio Aplico emanato hactenus in aliquo derogatum, fore dignoscitur, certo tunc expresso modo pastori solatio destitutam, de simili consilio Aplica Auctoritate transtulimus, ipsumque illi in Episcopum praefecimus et pastorem curam, regimen et administrationem dictae Macaonen Ecclesiae ei in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, prout in Nostris inde confectis Litteris plenius continetur. Quocirca Discretioni Vestrae per Apostolica Scripta mandamus quatenus ipsum Antonium Joachimum Antistitem tanquam patrem et pastorem animarum Vestrarum grato admittentes honore, et exhibentes ei obedientiam et reverentiam debitas et devotas, ejus salubria monita et mandata suscipiatis humiliter et efficaciter adimplere curetis, alioquin sententiam quam idem Antonius Joachimus Antistes rite tulerit in rebelles ratam habebimus, et faciemus, auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum Romae apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicae Millesimo octingentesimo octogesimo quarto Idibus Novembris Pontificatus Nostri Anno septimo. Locoq. plumbi. Simili modo Dilectis Filiis sum Dei Dilectis Filiis Clero Civitatis et Dioecesis Macaonen Salutem et apostolicam benedictionem. Hodie Nos Venerabilem Fratrem Nostrum Antonium Joachimum de Medeiros nuper Episcopum titularem Thermopylen, in Episcopum Macaonen Electum, a vinculo quo Ecclesiae titulari Thermopylen tenebatur, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Card. nabium consilio et Aplicae potestatis plenitudine absolventes, illum ad Ecclesiam Macaonen, quae de Jurepatronatus Caussimi in Christo Filii Nostri Ludovici hoc nomine Primi Portugalliae et Algarbiorum Regis Fidelissimi ex fundatione vel dotatione, seu privilegio Aplico emanato hactenus in aliquo derogatum, fore dignoscitur, certo tunc expresso modo pastori solatio destitutam, de simili consilio Aplica Auctoritate transtulimus, ipsumque illi in Episcopum praefecimus et pastorem curam, regimen et administrationem dictae Macaonen Ecclesiae ei in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, prout in Nostris inde confectis Litteris plenius continetur. Quocirca Discretioni Vestrae per Apostolica Scripta mandamus quatenus ipsum Antonium Joachimum Antistitem tanquam patrem et pastorem animarum Vestrarum grato admittentes honore, et exhibentes ei obedientiam et reverentiam debitas et devotas, ejus salubria monita et mandata suscipiatis humiliter et efficaciter adimplere curetis, alioquin sententiam quam idem Antonius Joachimus Antistes rite tulerit in rebelles ratam habebimus, et faciemus, auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum Romae apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicae Millesimo octingentesimo octogesimo quarto Idibus Novembris Pontificatus Nostri Anno septimo. Locoq. plumbi.

bimus, et faciemus, auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam
inviolabiliter observari. Datum Romae apud Sanctum Petrum Anno In=
carnationis Dominicae Millesimo octingentesimo octogesimo quarto
Idibus Novembris - Pontificatus Nostri Anno septimo. Locoq. plumbi.
bi - Simili modo Leo Episcopus Servus Servorum Dei Dilectis Filiis
Populo Civitatis et Dioecesis Macaonen Salutem et Apostolicam
benedictionem. Hodie Nos Venerabilem Fratrem Nostrum Antonium
Joachimum de Medeiros nuper Episcopum titularem
in Episcopum Macaonen Electum, a vinculo quo Ecclesiae titulari
Thermopylen tenebatur, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E.

page_0010

Cardinalium consilio et Aplicae potestatis plenitudine absolventes, illum ad Ecclesiam Macaonen, quae de Jurepatro-
natus Carissimi in Christo

Filii Nostri Ludovici hoc nomine Primi Portugalliae et Algarbiorum Regis Fidelissimi ex fundatione vel dotatione seu privilegio Apostolico cui non est hactenus in aliquo derogatum, fore dignoscitur, certo tunc expresso modo pastoris solatio destitutam, de simili consilio Aplica Auctoritate transtulimus, ipsumque illi in Episcopum praeficimus et pastorem, curam, regimen et administrationem dictae Macaonen Ecclesiae ei in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, prout in Nostris inde confectis litteris plenius continetur. Quocirca Universitatem Vestram monemus et hortamur attente Vobis per Aplica scripta mandantes, quatenus eundem Antonium Joachimum Antistitem tanquam patrem et pastorem animarum Vestrarum devote suscipientes et debita honorificentia pertractantes, ejus monitis et mandatis salubribus humiliter intendatis, ita quod idem Antonius Joachimus Antistes in Vobis devotionis filios, et Vos in eo per consequens patrem benevolum invenisse gaudeatis. Datum Romae apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicae Millesimo octingentesimo octogesimo quart. Idibus Novembris Pontificatus Nostri Anno septimo=Loco + sigilli de simili modo. Leo Episcopus Servus Servorum Dei Dilectis Filiis Universis Vassallis Episcopalis Ecclesiae Macaonen salutem et Apostolicam benedictionem. Hodie Nos Venerabilem Fratrem Nostrum Antonium Joachimum de Medeiros nuper Episcopum titularem Thermopylen, in Episcopum Macaonen Electum, a vinculo quo Ecclesiae titulari Thermopylen tenebatur, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio et Aplicae potestatis plenitudine absolventes, illum ad Ecclesiam Macaonen, quae de Jurepatronatus Carissimi in Christo Filii Nostri Ludovici hoc nomine Primi Portugalliae et Algarbiorum Regis Fidelissimi ex fundatione vel dotatione, seu privilegio Aplico cui non est hactenus in aliquo derogatum, fore dignoscitur, certo tunc expresso modo pastoris solatio destitutam,

de simili consilio Aplica Auctoritate transtulimus, ipsumque illi in Episcopum praefecimus et pastorem, curam, regimen et administrationem dictae Macaonen Ecclesiae ei in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, prout in Nostris inde confectis Litteris plenius continetur. Quocirca Universitati Vestrae per Aplica Scripta mandamus quatenus eundem Antonium Joachimum Antistitem devote suscipientes ac debita honorificentia prosequentes, ei fidelitatis solitam nec non consueta servitia juraque ipsi a Vobis debita integre exhibere studeatis, alioquin sententiam sive poenam, quam idem Antonius Joachimus Episcopus rite tulerit, in rebelles ratam habebimus et faciemus, auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

[Signature]

[Signature]

page_0011

inviolabiliter observari. Datum Romae apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicae Millesimo octingentesimo octogesimo quarto, Idibus Novembris, Pontificatus Nostri Anno septimo = Locosigilli plumbi bi = Simili modo = Leo Episcopus Servus Servorum Dei Venerabili Fratri Cuicumque Catholico Antistiti gratiam et communionem Sedis Apostolicae habenti, salutem et apostolicam benedictionem. Cum Nos hodie Venerabilem Fratrem Nostrum Antonium Joachim de Medeiros nuper Episcopum titularem Thermopylarum, in Episcopum Macaonen Electum, a vinculo quo Ecclesiae titulari Thermopylen ligabatur, de Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio et Apostolicae potestatis plenitudine absolventes, eum ad Ecclesiam Macaonen, quae de Jurepatronatus Carissimi in Christo Filii Nostri Ludovici hoc nomine Primi Portugaliae et Algarbiorum Regis Fidelissimi ex fundatione vel dotatione, seu privilegio Apostolico cui non est hactenus in aliquo derogatum, fore digno scitur, certo tunc expresso modo pastoris solatio destitutam, de simili consilio Apostolica Auctoritate transtulerimus, ipsumque idem Ecclesiae Macaonen in Episcopum praefecerimus et pastorem, curam, regimen et administrationem hujus Ecclesiae ei in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo. Volentes ut idem Antonius Joachim Antistes, antequam regimini et administrationi dictae Ecclesiae Macaonen se aliquo se immisceat, in manibus cujuscumque quam maluerit Catholici Antistitis gratiam et communionem Sedis Apostolicae habentis fidelitatis debitae solitum juramentum juxta formam quam sub alia Bulla Nostra mittimus introductam praestare, et sic ab eo praestiti juramenti formam Nobis de verbo ad verbum per suas patentes litteras suo sigillo munitas cum sui quoque subscriptione per proprium nuncium quantotius transmittere omnino teneatur, prout in Nostris inde confectis Litteris plenius continetur: Fraternitati tuae per Apostolica Scripta mandamus quatenus Tu ab eodem Antonio Joachimo Antistite Apostolicae et Romanae Ecclesiae nomine juramentum hujusmodi juxta eandem formam auctoritate Nostra recipias. Datum Romae apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicae Millesimo octingentesimo octogesimo quarto, Idibus Novembris, Pontificatus Nostri anno septimo. Lo

University of Saint Joseph

Bibliotheca Diocesis Macaonensis

co sigilli plumbi =

Concordat cum originali: Bartholomeus Natali Notarius Apostolicus

C. Card. Sacconi Pro Dat.s

Vincentius Donati

Translation

This translation to UK English is made using the Gemini 1.5 Pro AI model and a quick revision of a human historian.

page_0001

1884

Oriental Section 38

Dom António Joaquim de Medeiros, Bishop-elect of Macau -

page_0002

Record of expenses incurred in the expedition for the Episcopal Church of Macao amounting to 113 1/3 florins for the favour of the Right Reverend Father Antonio Joachimi de Medeiros, Titular Bishop of Thermopylae, translated to that Church at the presentation of the Most Faithful King, with remission of half of the recoverable expenses

